



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

De Missali, parag. 5

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

cum tanto rigore , quamvis enim Rubricæ Missalis illum exigant, non tamen omnia , ut modo § . 2 . n . 2 . innuimus, qui in Rubricis ponuntur nisi aliunde grave præceptum colligatur , obligant sub peccato.

§ . V .

De Missali.

Requiritur , & Missale. Sed qui memoriter scit ea , quæ dicenda sunt in Missa , idque sine morali periculo errandi , non a peccat , si sine illo celebret; quidquid aliqui dicant, sicuti nec b pecaret luscus , qui ceteras actiones exhibendas in Missa vider , nec ramen videt legere , si vel memoriter legenda sciatur , vel à Sacerdote adjuverur. Favet Suarez , c qui sic habet. An vero , ubi liber deest , &

K 3 Sacer-

a Delugo ib . n . 78 : b Idem ib . c Suarez
de Sacr . d . 81 . sec . 6 . § . 4 . requirunt sine .

Sacerdos esset ita instructus, ut moralior non dubitaret, se posse omnia integrē dicere sine libro; an inquam esset tunc peccatum id facere, aliorum iudicio relinquo: nam ego propter multorum auctoritatem, licentiam dare non audeo, & aliunde sufficienter rationem peccati non invenio. Hæc Suarez sed jam Delugo, loco citato, licentiam concedit, dum absolute docet, in eo casu non peccari.

2. Ad id, quod docemus, facit illud, de quo, multis ab hinc annis, Caltanisertæ in Patria mea Patres aliqui ex nostra Societate disputarunt: Nemus est nomine, Mimianum, octo milliariis Italis à dicta Civitate distans, amoenissimis pratis undique circumseptum, & propter multitudinem incredibilem Damarum ibi impune palantium, tota Sicilia clarum. Adsunt ibidem magnificæ ædes, ad habitandum, nec deest Sacra ædes, ad celebrandum. Ad hæc igitur visenda converunt semel tres, vel quatuor
Sacer-

Sacerdotes ex Collegio nostro, cui
ego indignus tunc præcram; & in-
venerunt ibi quidem totum instru-
mentum Sacrum, verum, perin-
curiam, nescio, cujus, deerat Mis-
sale. Quid ergo, uni ex illis magis
celebrandi cupido, faciendum?
Audi remedium Is, convocatis
sociis, singulisque aliqua sugge-
rentibus, scripsit integre totum
Canonem, & totam Missam de S.
Maria in Sabbato, illamque voti-
vam (erat autem dies feriæ) sine
periculo lapsus memoriarum, exscri-
pto, celebravit. Noluerunt ceteri
scrupulosiores eo uti remedio, im-
mo prolixam toto die disputatio-
nem cum ipso, ne dicam contra
ipsum, protenderunt, & cum do-
mum rediissent rem mihi quasi il-
lum Sacerdotem notantes, detule-
runt. Sed certe eum vindicavi à
calumpnia, & ipsos potuisse sine
scrupulo, ejusdem exemplum se-
qui, diserte, propter dicta numer-
præcedente, aliasque rationes, pro-
nunciavi.